



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti
Ethicorum**

Melanchthon, Philipp

Witebergæ, 1583

VD16 ZV 20638

Quid sentit Aristoteles?

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

PHILOS. MORAL. 67

malorum affectuum, id in doctrina Ecclesie traditur, a qua declaratio longior petenda est.

Quid sentit Aristoteles?

BONUM iuxta doctrinam Ecclesie, est res condita a Deo, congruens ad ordinem in mente divina, & ordinata ad finem aliquem, hoc est, ad conservationem speciei. Ideo dictum est, Gen. 1. Videri omnia que fecit, & erant valde bona id est, ab ipso ordinata, placenta ei & destinata ad fines bonos. Errat autem Philosophia sine doctrina celesti existimans omnia, que nunc in natura hominis cernit, ut errantes appetitiones & mortem, sic condita & ordinata esse. Ideo Aristoteles, quanquam videt dissimiles esse affectus in homine, alios cum ratione congruentes alios pugnantes, tamen initio omnes esse motus naturales, & indifferentes iudicat.

ordis a Deo Boni.

Artis Angli Approbato gnu a b d h s m. Appetitiones Fin et laffioy P appi affectu q st ap titioes applan gytirpani nom t

Sed doctrina Ecclesie discrimen ostendit, que docet, qui sint affectus conditi & ordinati in natura hominis, et qui non sint conditi. Aristoteles autem hoc discrimen ignorans, genus appetituum intuetur, & quod ad genus attinet, recte sentit, oportere in animantibus appetitiones esse, ut famem sitim, dolorem. Quia hi motus incitant ad querendum pabulum & potum, & ad fugienda ea, que naturam destruunt. Sed de genere loquens, cogitat oportere in cordibus esse laticia

ga igno rami lapsu pariti

laticiam, modestiã, amorem, metum, spem, iram,
 misericordiam, ut impellant ad expectenda con-
 uenientia, & fugienda contraria. Et verum est,
 ita condita est natura, ut tales appetitiones &
 affectus sint calcaria bonarum actionum, & po-
 rentes nequaquam tantos labores perferrunt in
 educatione, nisi ingenti vi amoris incitentur
 ad curam tuendam sobolis.

non dicit ubi dissen-
 sunt Arist.

Arist. ignorans
 videtur primo lapsu

Sed postea deprauatio accessit, cuius causam
 Aristoteles ignorans retinet genus, docens, oportere
 affectus in natura hominis esse, qui etiam si
 aberrant, tamen ratione ad certas metas reuocandi
 sunt, quia ratio ostendit, in quibus obiectis
 appetitiones, & affectus resistere debeant. Et de
 fame ostendi, quæ res sint naturæ conuenientes,
 et mediocritatem constituit. Ita de amore, de ira,
 de misericordia cogitat. Et si sæpè aberrant, tamen
 ratio metas præscribit, & tunc affectus boni
 sunt, cum intra metas illas coërgentur, quas quidam
 ipse eruditè nominat *Mediocritates*, & sic
 dicit: *Ira non ut duce, sed ut milite utendum
 esse. Quia sentit in animantibus necessario mor-
 tus, appetitiones & affectus esse oportere, quod
 de genere verum est. Sed in rationali natura re-
 gendos esse ratione. Ideo & leges politica gradatim
 constituunt, ut coërceantur affectus, ne impel-
 lant externa membra, ut contra leges faciant,*
 sed

Seneca:
 v. lra & ira
 in iudicis.

sed ratione frenentur, ^{Homi i. Iliad.} ut Achillem iratum re- ^{i. Iliad.}
trahit Pallas, ne stringat gladium.

Et in doctrina Ecclesie discrimen inter affe-
ctus & facta contra conscientiam traditur, in
quibus voluntas non coercet affectus, sed sciens
& volens eis indulget. Cuius discriminis cogno-
itio valde necessaria est, quia horum graduum in-
finita distantia est accendi amore vel ira, & ob-
sequi contra conscientiam, sicut mandatum est
in prima concione: Sub te sit appetitus tuus, &
tu domeris ei. Geni 4.

Quæ potentie regi possunt?

In omni vita ad multarum rerum dijudica-
tionem, & ad morum gubernationem, necesse est
tenere doctrinam, quantum ad eam est, quæ de ani-
ma & de gradibus potentiarum traditur: Et in
ter ceteras partes considerari necesse est, quæ po-
tentie agant naturaliter, quæ agant liberè, &
quæ sint rectrices & quæ regi possint.

Primum igitur sciendum est, voluntatem in
suprema potentia rationali sic conditam esse, ut
habeat libertatē, id est, facultatem eligendi rem
legitam, aut non eligendi, aut suspendendi actio-
nem. Sed hæc facultas in natura integra hominis
maior & minus impedita fuit. Nunc multo im-
peditior est, & variè impedita, sed tamen aliqua-
modo transit, ut in disputationibus de libertate va-

*Et potentie reg
u q regals.*

F lunt at is